Petro Gorayski Pocillatori Terrae Chelmen. Creditori suo vel ipsius Successoribus
ob non solutionem summae memoratae Mille Quadringentorum florenorum
polonicalium pro tempore et locis superius expressis per eandem Generosam
Izabellam Bieniewska Recognoscentem seu ipsius successores ad sol-
vendum succumbendo Pro quo quidem Vadio suprascripto modo prae-
misso ad solvendum succumbito ac pro summa ipsa principali non
soluta solvenda citati extunc memoratae Recognoscens Generosa Iza-
bella Bieniewska vel eius Successores ad instantiam praenominati
Generosi Petri Goraiski Pocillatoris Terrae Chelmen. Creditoris sui aut
eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premy-
sliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectabunt
Citante semper in primo Citatoris termino tanquam peremptorio
stare comparere respondere Vadium perdere contra Instigatorem
huic satisfacere ac omnia iudicata pati debebit et tenebitur seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praeterea
Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios Ve-
ra infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione
intra vel extra regnum servitio militari ad munimentum ad
Emetrem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo dictique citatorem praeterea ultra quoscunque officii Capit.
Castren. Premysliensis sibi non recipiendo Nullitatis Mo-
tiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia dictis simplicibus vel conflictatis Evasionibus supplicationibus
fatalibus cum praescriptione Terrestri bello Convocationes ac
aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo qua-
libet cuiuscunque Haec sua praesens personali recognitione ad praemissa mediante.

Terlecki Terleckiemu Obligat

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capi-
taneal. Premysliensibus Nobilis Constantinus Terlecki olim Nobilis
Jacko Terlecki filius sanus mente et corpore existens a terrestribus
Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
Praesenti vero Castren. Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad ac-
tum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter

totali et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere pu-
blice ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et
haereditaria infrascripta nempe subditum laboriosum Makar cum
Tribus Filijs ipsius z polu dworzyskiem od granice Lubochorskiey do
granice Nanowskiey inter metas Nobilis Nicolai Terlecki Szym-
kowicz ab una et Laboriosi Chrije Czepkowie Subditi sui Re-
cognoscentis ab altera partibus in bonis villae Rosochy Terrae et Distri-
ctu praesenti Premysliensi iacentia et consistentia Cum omni [illegible] iure do-
minio proprietate tabuloque obligatario Cunctis omnibus et singulis eorun-
dem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumen-
tis commodisque obventionibus subditorum praefatorum laboribus censibus dati-
onibus. Vecturis nuncijs officijs ac obsequijs quibusuis attinentijs et per-
tinentijs generaliter universis Nihil ex praemissis iuris dominij proprietatis
ac cuiusuis praetextus pro se Recognoscente suisque Successoribus aut
quopiam alio reseruando seu excipiendo Verum ita late longe
circum fereque atque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis
metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem
bona ipse met Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque
concernebant ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto Nobili
Nicolao Terlecki Szymkowicz et ipsius posteris in Summa Centum
florenorum polonicalium iam ex nunc per se Recognoscentem
de manibus eiusdem Nobilis Nicolai Terlecki realiter levata et
percepta hinc a data praesentium ad festum Conuersionis Sancti Pauli
Apostoli proxime et immediate venturum et in defectu [illegible] bono-
rum eorundem supramemoratorum exemptionis summaeque suprascriptae
totalis et integrae persolutionis extunc de anno ad annum pro simili
festo Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime tunc venturo in eodem
se se determinantem et sic consequenter de anno ad annum festo
ad festum Anni et festi se se continue et immediate sequentibus
usque ad exemptionem bonorum suprarecensitorum summaeque totalis et
integrae realem et effectualem persolutionem obligauit inscripsit
et inuadiauit prout obligat inscribit et inuadiat praesentibus Insuper
quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus [illegible]
eiusdem inuadiata idem Recognoscens Nobilis Constantinus Terlecki

praefato obliga

praefato obligatario suo et ipsius posteris tam ex nunc et de facto coram officio
praesenti dat et admittit realem introductionem et actualem pacificamque pos-
sessionem per ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos aliquos qui-
cunque voluerint officiose accepturus, eum per ipsum obligatarium suum
et ipsius posteros hoc eadem bona suprascripta praemissaque omnia
praesentibus obligata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus
tenendi habendi et possidendi illaque quiete et pacifice fruendi
ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effe-
ctualiter convertendi modo ac iure obligatorio debet et tenebitur memoratus
Recognoscens prout se ac suos successores et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis eidem obligatario suo
et eius posteris assumit et obligat praesentibus ipsum et eius successores
in bonis praedictis praemissis omnibus praesentibus modo praemisso inscriptis et
ratione eorundem etiam ab omni et quavis impetitione iuridica
quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuius-
vis existentium exonerare in omni iudicio et officio regni semper toties
quoties opus fuerit tueri defendere exmittere intercedere et abbe-
rare indemnemque cum posteris reddere Nec non hoc eadem bona supe-
riora praemissaque omnia praesentibus obligata ab omnibus in genere iuribus
et processibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia importa-
tis et importandis currendisque et pertinentibus processibusque iuris in quo-
cunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quibusvis iudiciis et officiis
Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus inva-
diatis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera
semper facere ac etiam introductionem praefatam coram officio praesenti admissam
in fundo bonorum praefatorum praesentibus obligatorum dum per Mi-
nisterialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare i-
mo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admit-
tere dataque et admissa eadem possessione et usufructu praemissorum
omnium quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumque obliga-
tarium suum et ipsius successores in praemissis omnibus praesentibus obliga-
tis nullo modo inquietare ita ut eadem bona promissaque omnia praesentes
tes invadiata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus idem
obligatarius

obligatariiq[ue] suis cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis
obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat illiq[ue] uti frui possit
usq[ue] ad exemptionem bonorum praefatorum summae suprascriptae Centum flore
norum polon[icalium] totalem et integram persolutionem Ideoq[ue] sub vadio
summae suprascriptae Centum florenorum polonicalium per eundem
Recognoscentem suosq[ue] ipsius posteros praenominato obligatario suo aut
ipsius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo ac re aliqua principali ex praemissis non completa complen
da H ipsemet ex iis memoratus Recognoscens Nobilis Constantinus
Terlecki aut ipsius Successores ad instantiam praenominati Nobilis Nico-
lai Terlecki obligatarii sui aut eius posterorum ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premyslien[se] citare necessu suprascripto quoad
respondendum spectat mediante semper in primo citationis ter
mino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadi
um praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicat
tum quod debebit et tenebitur seq[ue] ac suos Successores ad eadem o
mnia inscribit et obligat praesentibus Illum terminum primum pe
remptorium uti et alios omnes exinde consequentes causae eius
terminos tanquam peremptorios vera infirmitate pro maiori mi
norennitate Successorum legatione intra vel extra regnum servi
tio militari ad Munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis dila
tionibus et legalibus impedimentis non deferendo ad Quietationem
[illegible] tertia ultra proximos officii praesentis Castren[sis] Premyslien[sis] ter
minos dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] Motiones
appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa
omnia recessis simplicibus vel implicatis Evasionibus Suspensioni
bus [illegible] iuri [illegible] Terris [illegible] bello convocatione quae
ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo
nec quovis modo evadendo Atque sua praesenti personali re
cognitione ad praemissa omnia tenendo
H Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo H

Actum in Castro Premysliensi feria
via